



Staats- und
Universitätsbibliothek
Bremen

Gefördert durch

DFG Deutsche
Forschungsgemeinschaft

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

'DFG-Projekt "Personales Gelegenheitsschrifttum in der SuUB Bremen (16. bis 19. Jhd.). Digitalisierung und Erschließung."

**Rector & Professores P. Illustris Scholæ Bremensis
Lectori S.**

Dörffel, Metta Margaretha

[Erscheinungsort nicht ermittelbar], 1746-02-06

VD18 90465520

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

Signatur: brem.a.0619-62

[urn:nbn:de:gbv:46:1-181197](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:46:1-181197)

RECTOR & PROFESSORES P. ILLUSTRIS SCHOLÆ BREMENSIS LECTORI S.



PEREGRINATIO est vita nostra, etiam si in Patria, loco ubi nati sumus & cum genere nostro, illam degamus, atque rerum nostrarum sedem, uti sapienter videtur, maxime stabilem fixerimus. Unde enim ortum ducit spiritus, quo homines sumus, quoque distinguimur a reliquis animalibus, ac è terra, corporis nostri matre. Alioquin tendimus: Annus domus est quæ nos recipiet, fessos ab itineris molestiis, lassos & requiem cupidissimos. Norunt id & meditantur jugiter, qui caelestibus Christi placitis innutriti, namque fidei luce collustrati, superna quarunt, urbem habentem fundamenta, cujus artifex optifexque est Deus, quoniam fatentur, se esse in terra hospites & peregrinos (He. XII. 10. 13.) Patria, seu dulce natale solum, seu familiam spectamus, alla est, quam quæ hinc incolitur; colam est; *namque* genus autem, beata societas illorum, quæ ad imaginem conditoris & patris omnium regenti, ab incunabulis orbis restituit, promissum redimam ad paternam domum eminens contemplantur. eoque in fœderis hœleria erecti, transierunt ut spiritus perfecte iustorum, ad consortium fratris primogeniti Christi sospiratoris, antecubulonis ipsorum, inque eo reficiantur à delatione. Quid ipsi est terra? Hospitium. Quid vita? Incolatus. Quid ades & civitates? Diversoria, quæ ipsi ut inquilinis locum commorandi non habitandi, ad tempus & breve quidem, præstent. Quid opes, vitæ deliciae, negotia & curæ? Onera, sarcinula & recula, sed pannosa & rejicula post emensam viam & reditum in portum. Quid familiares? Sodales in itinere, vel præsentis & desiderium sui relinquentes, sed & desiderium ut illos sequamur excitantes, vel comitantes nosque incitantes & favantes, vel sequentes & nostra vestigia legere parati. Para viam invenit: itaque quo sua ipsam virtus vocat: Meta, per mortis portam attingitur. Excitatur, qui ista studiose & attentè considerat, ne animum despondeat, dum peregrinationis sentit incommoda, sitim, æstum, imbres, turbines & procellas, atque pericula ab insidiatoribus: Respirat & refectis viribus, frenas spe potiundi amicorum aspectu, in hospino se detinere non patitur, committit ubi ad confinia patriæ delatus est, festinat suisque redditus, in illorum riu amplexus. Apprimo (SENeca Ep. CXXI.) *Magnus animas, consilias sibi melioris natura, dat quidem operas, in hac statione, qua positus est, honeste se atque industrie gerat. Ceterum nihil horum que circa ipsum sunt, suum iudicat, sed ut commodatis utitur peregrinus & prosperans.* Unde & ista meditare, bene ultra paginæ sortis prudentiam provecutus, hortatur (Ep. CIII.) *Quicquid circa te iacet rerum, tanquam hospitalis loci sarcinas specta. Transcendum est.* Nulla hic sedes stabilis est: ita patremum fatum & urget nos, ubicunque sedem fixerimus, manet stabile beneficium emigrandi; sicque illis quos deserimus & derelinquimus: Beneficium autem nobis, si ad meliora ante potius renatis, transferamur ad beatorum sedes, quin salutare, qui ad finem istum anhelavimus. *Inardescit enim (juxta Augustinum Serm. 154. de temp.) & suspirat animus peregrinus in terra: Patria bona, Patria celestis, Patria contemplationis, angelorum Patria! ubi nullus moritur, quo nullus hostis admittitur, Patria ubi habes sempiternum Deum amicum, ubi nullus inimicus.* Emigravit, criste sui desiderium relinquens Marito, familie & liberis, cujus funebrium cura hæc scribitur, Matrona plurimis sexus sui doctibus condecoratissima (postquam patriæ illius erat, haud ita pridem in illa fixerat, quam stabilem magis optavisset) **METTA MARGARETHA DOERFFELIA**, nam **MINDEMANN**. Lucem aspectum A. MDCCVIII. d. 13. Junii, sua Parente Viro Excellentissimo atque Pranobilissimo **NICOLAO MINDEMANNO**, JCo præclarissimo, Oratore Patriæ Primario, quam plurimis illius meritis, dum superabat, incolato; Matre vero edita, Matrona Nobilissima, **SOPHIA CATHARINA STIEDIA**, superstitè & filiae obitum lugens. Avus paterni generis fuit **T. T. NICOLAUS MINDEMANN**, spectabilis Collegii Seniorum membrum, & Aedis Martinianæ Aedilis; Avia **T. T. METTA BUTTEN**: Proavus **T. T. NICOLAUS MINDEMANN**, Magnæ Prævia **T. T. ANNA GARSTENS**. In materno stemmate numerat, Avus, Virum Nobilissimum & strenuum **JOHANNEM DAVIDEM STIEDA**, qui sub Potentissimo Suecorum Regibus meruit & inter legionis præfectos, munere, quod Majoris dicunt, functus est; Aviam **T. T. ADELHEIDAM REGENSTORP**: Proavum vero Virum Pranobilissimum **JOHANNEM ERNESTUM STIEDA**, supremum urbis Erfordienfis præfectum; Proaviam **T. T. MARIAM SCHERER**, natam **T. T. MICHAELIS SCHERERI**, Præfecti Arnstadiensis in Thuringia; **T. T. CATHARINÆ CURIÆ**, quæ filia fuit Viri Illustris **N. CURII**, Serenissimo Electori Saxonie, Dresenæ, à sanctioribus Consiliis. Accessit ad splendorem natalium, felicitatem nostram plus quam illa, augens, sollicita ad plenam educationem. Nacta est illum ab amantissimis Parentibus in tenera ætate, usque quo Amplissimus ejus Pater alteram suam, post priorem, legationem Viennam susciperet, ut in aula Imperatoris patriæ commodis invigilaret; quæ cum per negotiorum naturam exposceret, ut illic diuturnius commoraretur, sicut & ultra Ependecim anni duravit, ipsa, ab A. MDCCXX. duodecennis, Halberstadii cura cognatorum est concedita. Sic cepit peregrinari & ut inquilina versari inter externos. Accidit postea A. MDCCXXIII. tempore, quo invictissimus Gloriosæ Memoriae Imperator Carolus Sextus, in Regem Bohemæ coronaretur, inde Pragam ad Parentem, aulam Imperatoris comitantem, per fratrem Virum Illustrissimum, Amplissimum & Considerrimum **VOLQUARDUM MINDEMANN**, JCom & Reipublicæ Patriæ Senatorem, de illa optime indies merentem, duceretur, quicum postea Viennam in Austriam delata, ibi exoptato suorum fruens consortio, confodit. Exerpta votis Viri Excellentissimi atque Pranobilissimi **JOHANNIS CASPARI DOERFFEL**, JCo Laudatissimi & Republicæ Bremensis Syndici Ordinarii, nunc Vidui modestissimi, qui tunc Viennæ curabat negotia Serenissimorum Principum Alcanicorum, tum Cothenensis tum & postea Servæstani & Amburgensis, quibus sua addiderat officia ut Consiliarius Aulicus, sicut & abhinc Patriæ nostræ ut Legatus, quem Residentem vocant: felix inuit connubium A. MDCCXXXII. d. 13. Maii. Quæ prole illud fuit fecundum atque beatum, nempe 1) **SOPHIA ADELHEIDA**, nata Anno MDCCXXXVI. d. 11. Decembris. 2) **JOHANNA ULRICA HELENA**, n. A. MDCCXXXVII. d. 2. Martii. 3) **NICOLAO VOLQUARDO**, n. A. MDCCXXXIX. d. 3. Junii sed Viennæ nato A. MDCCXLII. d. 12. Martii. 4) **ANNA REGINA**, n. A. MDCCXLI. d. 15. Decembris. 5) **JOHANNES**, n. A. MDCCXLIII. d. 24. Septembris. Superstitum, prima, secunda & quinta, puellula nitidule & matris, tam mature ipsi ereptæ, obitum plangunt. Mores Matronæ elegantes, politæ ex conversatione cum primæ dignitatis hominibus, sicut & in infantiæ, gratia vultus, vivida ingenii vis & acquisita rerum multarum usu experientia, illam reddiderunt acceptam omnibus, summis mediocribus & imis, domui præterea, cui ut & liberis educandis, multam impendit curam, Excellentissimo denique Marito, cujus lateri fidelissime adhaesit in peregrinatione: ut plurimis, molestissimis quæ difficilissimis. Domicilium figendum & residendum fuit, per ejus vocaciones & negotia, diversis in locis, extra patriam. Primum Cothenæ, transferendum postea Viennam in Austriam, inde Posonium in Hungariam, postea Francfortum ad Mennum, denique Bremam. Perensit tot itinerum molestias, inter quas insolite certe fuerunt, imprimis cum A. MDCCXLI. Gallis in Austriam irumpentibus & ante portas urbis palatium, se circa fuga Viennæ cum familia, insensibus tonellis, nec sine jactura rei familiaris, in Hungariam proripere cogereretur: cunctis & postea iter longinquum Viennæ, per tractus, Salisburgensem, Tyrolensem & Saeviam, per strepitum us confinia bellorum turbis. Francfortum esset indituendum, reddidit illud, aliquot casibus pergrave & infortunatum. Infraacto tamen itinere omnia permixta, tum amore patriæ cuius causa illa suscipienda erant, tum desiderio illam revertendi: Verum neurgam infraacta valetudine, quæ graviter istis concussa est molestia. Cum enim summa & vegeta olim crederet, nisi quod Cothenæ degens A. MDCCXXXV. febrî acuta corripere, ex molesto illo Francfortum itinere, Diarrhæa & fluxu hæmorrhoidum nimio laboribus, atque accedente lenta febrî & vitium prolabente, istum in modum maceraverunt, ut hinc ultimis vitæ annis fere perpetuo lectulo affixa haberet & confecta demum, placide hinc discederet, circa vesperam diei dominicæ 6. laborum mortis, peregrinationis suæ in hac vita A. XXXVII. mense septimo die 24. Patriam terrenam, quod cupiverat, revivit, cujus amor ipsam non minus quam Ulyssim tenebat, cui Ithacæ sumus gratissimus, uti quædam alibi ignis. Meliora iuvera edocta, aliam patriam noverat. Non ignara erat paradoxo illius (GREGORII NYSSENI Orat. XXVII.) *Quæ terra & nulla terra nobis patria est. Sciebat illum delictum esse cui sola patria dulcis, totum cui totus orbis patria est, perfectam vero cui mundus hic est exitium.* Orans (ex R. XXXIX. 13.) *Exaudi meas preces Jéhoz, meam attendens querelam: ad meas lacrymas ne asperdes, que peregrina sum & adventa sicut majores mei, invenit poemum.* Reliquæ inferretur tumulo in hunc modum: *Quæ terra & nulla terra nobis patria est. Tu Lector exequias iturus, memento moniti Pauli (2 Cor. V. 9.) *ut quæ peregrinamur hic incolamus, hic incolentes, inexpectata hora veniamus.** Val. Pœ III. 177. A. R. S. MDCCXLVI.

